[illegible] mirantes aduerſus impiū maximū.
Maximus autē mandabat militib; ſuis. ut
eos qui diſcedebant notarent. Ut poſtmo
[illegible]a eos audiret. Iuſſit autē feras multas lax
ari. & cū exiſſent beſtię n̄ tetigerunt cor
pora ſcōꝝ. Et plus iratus ē impius maximus.
& iuſſit eos cędi. & cū multa cōminatione
eis dix̄. Ut ſi quā beſtiā atrociſſimā haberēt
dimitterent. & timore dimiſerunt ur
ſum peſſimū quē dicebant tres homines
ipſo die occidiſſe. & appꝓpinquauit ad
corpora. & nullū corpus contaminauit.
& cū tranſiſſet aduenit ad ſcm̄ androni
cū. & ſedens lingebat uulnera ei9. Scs̄ u°
andronicus poſuit caput ſuū ſup urſū.
& uellicabat eū ut iraſceretur. & celeri9
redderet ſpm̄. Urſus itaq; quaſi manſuet9
ſubito factus ē. Ira autē repletus eſt mx
[im]us. & iuſſit ipſū urſū occidi. & ante pe
[d]es andronici circuit occiſus. Miſit ergo
[te]rentianus ſacerdos cilicię ciuitatis me
[tu]ens ne forte iraſceretur maximus & con
[te]mpnaret eū. Iubet leenā quę miſſa e
[i]lli ab herode primo antiochię. & cū
[eg]iſſet leena timor & tremor erat in ex
[ſp]ectantib; eo quod multū rugiebat. &
[c]exiſſet uidit ſcōꝝ corpora ꝓiecta. ue
rū ꝓuocari. Quę cū magno rugitu poſti
ca confregit. ut omnis populus a pauore
conclamaret aperiatur leenę. Maximus
autē ira plenus. uocauit ad ſe terentianū
ſacerdotē. & iuſſit gladiatores introduci
ut ſcōs dī martires gladio interficerent.
Et ſtatim preceptū maximi impletū eſt. C[on]
ſumati etiā ſunt gladio. vii idus octobr[is].
Et cū ſe maximus de amphiteatro recepiſ
ſet. reliquit decē milites. ut corpora ſcō[ꝝ]
inmiſcantur cū corporib; gladiatoꝝ
ut non poſſint cognoſci. Hęc cū uidiſſe
mus milites facere nos appropinquantes
in ꝓximo. & fiximus genua orantes altiſ
ſimū ut bonitas pietatis ei9 nobis oſtende
ret reliquias ſcōꝝ martyrū. Et poſt orati
onē iterū appꝓpinquauim9 & uidim9 cus
todes cęnantes. & focū ante habentes. ꝓp
ter uigilias noctis. & iterū fiximus genua
& orauimus dm̄ & xp̄m ei9. ut deſideriū
nr̄m impleretur. & de alta ſede ſua auxi
liū nobis mitteret. ut ſcōꝝ corpora nobis
oſtenderentur. & ſubito terremotus fac
tus ē. & thonitruus & fulgor & nimia tem
peſtas imbriū deſcendebat. Et cū tēpeſ
tas ceſſaſſet. iterū ad orauimus & ad corpo
ra appropinquauim9. & inuenimus focū

BIBLIOTHÈQUE IMPÉRIALE MAN.

f° 180 181